Actum in Castro Premislien[si] Feria sexta post festu[m] s[an]ctae Zophiae Virginis proxima Anno D[omi]ni Millesimo Quingentesimo Octogesimo Quinto. 12.V.
coram generoso Ioanne Thoma Drohiowski a Drohoiow Cap[ita]neo Premislien[si] et Actis p[rese]ntibus.

Brosniowska cedit Borislawskij

Comparens personaliter coram officio et actis p[rese]ntibus castren[sibus] Pre-
mislien[sibus] Nobilis Maruchna relicta olim nobilis Pauli Bro-
sniowskij consors recedendo a iure suo foro proprio p[rese]nti se
Juridictioni h[uius] cum successoribus bonisque suis quoad actum et effect[um]
p[rese]ntis inscriptionis attinet subiciend[o] Sana mente et corpore existens
publice ultro ac proprie expresseque recognovit Quia de Inscriptione ter-
restri Premisliensi sibi super summam Centum florenorum pecu[niae]
nu[meratae] et monetae polonic[alis] per Nobilem Stanislaum Mijomskij facta
Cum omnibus conditionibus punctis clausulis articulis ibidem
contentis et descriptis Jam ex nunc Nobili Mijsko Iwankowicz
Borislawskij et eius posteris cedit ac condescendit ac omne Jus
suum praemissorum super eandem posteritatemque illius plenarie transfundit
Ac summam predictam ipsi ac posteris illius dat donat et inscribit
aeternis temporibus Quam quidem inscriptionem transfusoriam
ex actis p[rese]ntibus ad acta terrestria Premisliensia ante decursum unius anni
transportaturum se cum suis posteris in omnibus bonis suis eidem
Mijsko Borislawskij ac successoribus illius inscribit sub vadio

Centum florenorum pecuniæ monetæ currentis polonicalis solvendi
sterum bendo. Pro quo quidem vadio obnon transpositum eiusdem
inscriptionis succumbendo si de eadem recognoscens prædicto Myszko
Borisławski vel eius posteris ulterius permiserit vel eius successores
permiserint Et extunc recedendo a suo proprio foro Coram officio
præsenti castrensi Premisliensi in primo iudicii termino reddere vadium
prædictum a se non recedendo solvere eoque soluto præsentis inscriptionis satisfacere
cum successoribus suis sibi Terminum ipsum primum ac alios omnes dilationibus
omnibus de iure et consuetudine concedi solitis evasione proscriptionum
depositionibus poenis trium et tandem trium marcarum Motionibus denique
appellationibus ac earum prosequutionibus non deferendo neque eisdem
Immo se cum successoribus præmissis aliisque omnibus iuribus remediis abre
nuncians suorum successorum sub amissione totius causæ Nulla
præmissis terrestri iurisdictione obstante.

Borisławski reformat coniugi

Comparens personaliter coram officio et actis præsentibus Castrensibus Premisliensibus
Nobilis Myszko Iwankowicz Borisławski a iure foroque suo
proprio et competenti recedens præsentis vero iuris decreti quoad infrascripta
attinet cum successoribus suis incorporando Sanus mente et corpore existens
publice ultro ac per expressum recognovit Quia Cum Nobilis Olechna
Nobilis olim Pauli Brosznowski filia consors vero sua summam
Ducentorum florenorum pecuniæ monetæ polonicalis ratione dotis recepit
et levavit Ductus vero amore coniugali erga eandem coniugem
suam aliam similem summam Ducentorum florenorum pecuniæ monetæ
polonicalis ratione dotalitii eidem consorti suæ adscribit eandemque
summam dotis et dotalitii insimul iungit Quamquidem summam
utramque dotis et dotalitii simul iunctam quippe Quadringentorum
florenorum pecuniæ communis et monetæ polonicalis In medietate bonorum

suorum quorumcumque omnium hereditariorum et obligatoriorum mobilium et immobilium
rerum Nobilibus debitorum et dabendorum ac summarum pecuniarum
tam inscriptarum quam in deposito existentium Tum etiam auri argenti
Clenodiorum vestium pecorum pecudum equiræ totiusque suppel
lectilis domestica Scilicet videlicet in universum in medietate omnium bono
rum suorum quocumque nomine et cognomine vocatorum et nuncupatorum
in quibus et materiei existentium eidem coniugi suæ reformat do
taticie dotalicia et reformat assecurat et inscribit more aliarum reformationum
mationum factarum vel dictarum in regno observatarum Quamquidem
inscriptionem reformationi sua scribit Se cum suis posteris in omnibus bonis suis
Nobilibus Petro Sienko Hricz et Wasko Brosznowskim fratribus
eiusdem coniugis suæ germanis ac eorum posteris tradidit præsentem ad acta
Terrestria Premisliensia autem omnibus annis eadem summa transportare sub
vadio Quadringentorum florenorum pecuniæ monetæ currentis polonicalis
Pro quoquidem vadio ob non transpositionem eiusdem inscriptionis succum
bendo si et in quantum se prædictus recognoscens prædictis Brosz
nowskim fratribus prædictis consortis suæ germanis vel eorum posteris
ulteriusque miserit vel illius successores permiserint Extunc recedendo
a suo proprio foro Coram officio præsenti castrensi Premisliensi in primo
iudicii termino vadium prædictum solvere eoque soluto inscriptionem præsentem
satisfacere cum successoribus suis Terminum ipsum primum ac alios omnes
Solutionisque vadii ac satisfactionem præsentis inscriptionis poenis trium vel ter
trium marcarum Motionibus appellationibus evasione proscriptionibus ac alla
tionibus in genere omnibus legalibus quibusvis impedimentis
tabulis et constitutionibus laudatis et laudandis non deferendo neque
evadendo Immo se cum successoribus præmissis aliisque omnibus iuribus reme
diis abrenuncians et suorum successorum sub amissione totius cau
sa vel lituonem vadii quo soluto præsenti inscriptioni satisfacere cum suis
posteris sibi Nulla in præmissis terrestri iurisdictione obstante.